



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lerna Malorum Omnium; Sive Gravitas, Et Damna Peccati Mortalis

Arias, Francisco

Monachii, 1648

Cap. XIII. Idem declaratur ex eo, quod Deus ad destruendum peccatum
fecit, ipsum ab animabus tollendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46756)

terram propriam quia peccatum intravit
 rat terram suam. Alij homines, qui dan-
 num aliquod, vel nocumentum acci-
 piunt in suis rebus, eam duntaxat tol-
 lunt, quæ illud passa est: propter vitium
 corruptum non proiciunt in mari vasa
 rea, vel argentea, sed seruant vasa, &
 vinum effundunt: Deus autem non solum
 peccatum, sed etiam vasa peccati, id est
 creaturas rationales, scilicet Angelos,
 animas ad suam imaginem factas, &
 precioso sanguine redemptas, in odium pe-
 ccati proicit in Oceano infernali. Hæc
 Bonaventura, quibus valde manifestum
 immensum odium, quo Deus culpam
 quique eam committit, peccatorem
 in quantum peccatorem, & peccati
 mortalis gravitatem prosequitur.

*Idem declaratur ex eo, quod Deus ad
 destruendum peccatum fecit, ipsum ab
 animabus tollendo.*

C A P. XIII.

Ostendit quoque Deus odium suum
 in peccatum, ipsiusque peccati gra-
 vitate.

nitatem in eo, quod ad destruenda, consumenda, & ab hominibus tollenda peccata fecit. Propterea venit in mundum, homo factus, & pro homine passus, ut peccata tolleret, eaque destrueret, & e mundo proscriberet, praesertim a populo suorum electorum. *a* Veniet, inquit Isaias, ex Sion, qui eripiet populum Israël a servitute peccati, & auertet impietatem: hic est Filius Dei, qui homo factus venit ad populum Israël, & vixit, passusque ac mortuus in eo est, ut peccata de mundo tolleret. Propterea pretiosissimum suum sanguinem fudit, ut eo lauaret animas, & a peccatis mundas relinqueret. *b* Qui Dominus IESVS Christus (ait S. Ioannes) lauit, mundauitque nos a peccatis nostris in sanguine suo. Propterea postquam passus, mortuusque esset, resurrexit, & in caelum ascendit, & virtutem, meritumque passionis suae ijs, qui credunt in ipsum, & verbo eius

G 3

obe-

a Is. 59. 20. *Ad Romo*, 11, 26.

b *Apocal*, 1, 5.

obediunt, communicat vt animas
 peccatis liberet. *a Vobis primum*, in-
 quit S. Petrus, *misit Deus Filium suum*
 & à morte *suscitauit*, vt *vobis benedicat*
 beneque faciat, & abundanter dona-
 ac misericordias suas vobis commun-
 cet; *vt conuertat se unusquisque à neque-
 ria suâ, & à peccatis liberetur*. Pro-
 pterea misit discipulos suos in mun-
 dum, iussitque eos prædicare Euangi-
 lium suum omni creaturæ, & in eius
 confirmationem miracula facere; vt
 contra peccata dimicarent, eaque vincerent,
 ac trophæa ex eis erigerent.
 Mouitque eos ad summam charitatem
 diligentiam; laboremque adhibendam
 vt illa ex animabus pellerent, & ad victo-
 tam in hac contentione, vtque hoc opus
 perficerent, ponendam. Atque
 ita quod modò laudatus à nobis S. Pe-
 trus Iudæis dixit, impletum est per-
 fectius, & maiore cum efficaciam in vni-
 uersis mundi nationibus, quæ à vani-
 tate ad veritatem, & ab iniquitate ad
 iusti-

a Act. 3. 26.

De grauitate peccati mortalis. 141

iustitiam, sanctitatemque conuersæ
sunt. Hoc testificatus est S. Paulus, ad
Gentiles, qui volebant illos pro Dijs
adorare, dicens: *a Nos mortales ho-
mines sumus, annunciantes vobis Dei
nomine verbum eius, vt errorum, vi-
tiorumque, in quibus iacetis, vanita-
tes relinquatis, & per Fidem, ac pœni-
tentiam conuertamini ad Deum viuum,
qui fecit calum, & terram. Ac quòd ad
persuadendam hominibus hanc veri-
tatem, vitam darent, seque omnibus
mundi tormentis exponerent, fatetur
eadem Apostolus, dicens: *b Quotidie
morior, quotidie me in mortis pericu-
lis video, meque morti pro vestrà gloriâ,
fratres, expono. O quàm immensum
odium contra peccatum Deus osten-
dit in hac, quam fecit, oblatione Filij
sui, eiusque discipulorum, & amico-
rum in tanta tormenta, tamque cru-
deles mortes ad peccatum destruen-
dum! Homines, qui inimicos habent,
oderuntque, eosdē occidunt ex odio,**

G 4

quo

a Act. 14. 14. b 1. Cor. 15. 31.

quo in ipsos feruntur; nec reperietur ullus, qui ex odio, quo inimicos suos persequitur, suum filium, & amicos suos occidat: at Deus pijsissimus, ipsaque pietas, peccatum usque adeo odiosum, ut ad illud ab animabus tollendum morti obtulerit proprium Filium suum, inspirans ei voluntatem, & dantes obedientiam patiendi, moriendique ad animas à peccatis liberandas. Et eandem causam fecit, ut Apostolus, discipuli, magni sui amici, offerrent se in crudelissima tormenta, & atrocissimas mortes, ad tollenda peccata hominesque inde liberandos; siquidem hoc mediū, id est, passio, ac mors Filij eius, & discipulorum ipsius in hoc imitatio, convenientissimum tollendis, destruendisque peccatis fuerit. Ad hunc eundem finem peccata tollendi, ac destruendi, instituit Sacramenta, iisque virtutem, & efficaciam supernaturalem ad animas à culpa mundandas, gratiæque donis sanctificandas dedit. Idcirco instituit præfec-

tim
mo
cen
seip
del
cit
que
dat
tia
hoc
cip
ta,
mis
tum
ren
mis
cul
len
in c
tale
que
vita
per
ania

tim Sacramentum Baptismi, quemad-
modum S. Paulus testatus est, di-
cens: *a Christus dilexit Ecclesiam, &*
seipsum tradidit in mortem pro eâ, vi-
delicet ut illam sanctificaret; & hoc fa-
cit per lauacrum aquæ in verbo vitæ;
quod est Baptismus, quo anima mun-
datur à peccatis, & accipit vitam gra-
tiæ in sanguine Christi. Et quoniam
hoc Sacramentum non nisi semel per-
cipi potest, nec adeo tollit, nisi pecca-
ta, quæ antequam perciperetur, com-
missa sunt, instituit aliud Sacramen-
tum, nimirum pœnitentiæ, quo tolle-
rentur peccata post Baptismum com-
missa, deditque omnibus Fidelibus fa-
cultatem utendi eo, quotiescunq; vel-
lent, illudque sæpè in hebdomade, &
in die iterandi, eidemque Sacramento
talem virtutem dedit, ut quotiescun-
que peccator pœnitens, & cum firmo
vitæ emendandi proposito illud reci-
peret, veniam peccatorum suorum, &
animæ suæ mundiciem consequeretur.

G 5

At-

a *Ad Eph. 5, 25.*

Atque in hoc sapientissimè Christus manifestauit ingens odium, quo peccata prosequitur, immensam voluntatem, & magnū, quod habet, destruendi illa, consumendique desiderium, quandoquidem Sacramentum, ac medium tam efficax ad illa quibuslibet horis, & quolibet momento diei tollenda instituit. Hoc diuinè S. Augustinus monet, ita loquens: *a* Quòd ordinauit Christus Dominus, ut *pœnitentia peccatoribus pœnitentibus semper valeat; constat ei peccata multum displicere, qui semper preesto est ea per pœnitentiam destruere. Si enim ea amaret, non ita semper destrueret. Sed semper destruit peccata, quæ in animâ pœnitente inueniuntur, ne soluantur, quod creauit, ne corrumpatur, quod amauit.* Ita S. Augustinus. Cui ergo Deus peccatum tantopere odierit, tantumque ad destruendum illud fecerit, conformemus nos diuinæ eius voluntati, odio habentes id, quod ipsa tantopere destruere desiderat.

Pet.

a D. Aug. de verâ & fals. pœnit. c. 5.